

178  
Q. D. B. V.

CHARISSIMÆ

ZITTAVIÆ,

EJUSDEM REIPUBLICÆ

PATRIBUS CONSCRIPTIS,

Maximè vero

*SPECTATISSIMIS*

**SCHOLARCHIS,**

D<sup>NO</sup>. JOHANNI JACOBO

ABHARTIG, HÆREDITARIO in HœRNIZ,

JCTO ET CONSULI,

D<sup>NO</sup>. CASPARI CHRISTIANO

SELIGMANNO, JCTO ET SCABINO

PRIMARIO,

D<sup>NO</sup>. GOTTFRIDO HÆNSELIO,

CIVI PRÆCIPUO,

Sub faustum Gymnasii ingressum,

*d. 27. Septembr. M D C L X X X V I.*

VOTIVAM

PIETATEM ET OBSERVANTIAM

Sacram esse cupiunt,

PRIMÆ CLASSIS

AUDITORES.



ZITTAVIÆ,

TYPIS MICHAELIS HARTMANNI

Q. D. B. N.  
CHARISSIME

ZITTA VI A

PATRIBUS CONSCRIBITIS

\* \* \*



Pargite nunc flores: hæc poscit TRIGA salutem:  
Quæ videt auspicio nostra Lycea suo.  
Ferte rosas, numerus fausti gerit ominis instar,  
Dum pia centuplici carmine vota fluunt.  
Plus quam centenos licet hic decerpere fructus:  
Nos utinam pietas centies aucta colat.

*Caspar Tornavius Gryphob. Siles*



SALVETE incolumes ad pulpita nostra Scholarchæ,  
Quæis dedit ipse suas JOVA Scholarcha vices.

*Johannes Henricus Förster / Gorl. Lus.*

NOBILIS ò habeat sua florida fata SENATUS,  
Dum cupit in vegeto crescere flore Scholam.

*Christian. V. Wilhelmus Barthel / Penig. Misn.*

ET natos videant re, nomine, munere claros,  
Per quos natorum docta caterva viget.

*Christianus Richter / Schlieben-Sax.*

AFFLUAT & reditus tribuat fortuna benignos;  
Dum Patribus doctæ conciliantur opes.

*Christianus Claudius, Lubenavia-Lus.*

IRRADIET Phœbus faustoq; nitore coruscet:  
Sic Musas calido lumine Zitta fovet.

*Christianus Junge / Zitt. Lus.*

FRUCTIBUS haud careant horti, nec messibus agri,  
Vestra ut cura jubet fructificare Scholam.

*Joh. Carolus Clauswitz / Zitta. Lus.*

CURIA terrificis nunquam turbetur ab armis  
Hac Duce nam Studium, quo requiescat, habet.

*Martinus Grünwald / Zittâ-Lus.*

PAX foveat Zittam: quæ Pacis gestat olivam,  
Curam pacificæ dum pietatis agit.

*Elias Bölcker / Wolgast-Pom.*

PAX faveat Zittæ: pacis sunt tessera Libri,  
Nec non pacificos pagina docta facit.

*Joh. Paulus Günther / Laubâ-Lus.*

PAX teneat Zittam: dant docta silentia pacem,  
Ac veniunt tacito commoda clara gregi.

*David Weißler / Sommerfeld. Sil.*

(?)

Et

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.

\* \* \*

11. **H**ic Pietas crescit, facit hic constantia fructus:  
Sit pia, sit constans, quæ fovet aura patres.  
*Christianus Friedericus Zurner / Zitt. Lus.*

\* \* \*

12. **H**æresis inde fugit, pia dum certamina fervent,  
Et fugit hæreticum, quod fluit inde, malum.  
*Johannes Dubelius, Crofn. Sil.*

\* \* \*

13. **A**ccepit inde suos Ecclesia sancta Ministros:  
Ergo Patrum placeat sedula dextra DEO.  
*Johannes Daniel Mæller, Crofn. Sil.*

\* \* \*

14. **A**ssumit Scholicos gaudens Respublica Cives:  
Inde Patronorum gaudeat usq; salus.  
*Hans Wolfson von der Heyde / Siles.*

\* \* \*

15. **H**ic Juvenes replet diversa Scientia mentes:  
O sua quin Patres commoda porro sciant!  
*Christian. Joach. Scharffenberg / VVism. Mehl.*

\* \* \*

16. **D**istinet hic vigiles verborum cura Magistros:  
O signent cunctos sic bona verba dies.  
*Martinus Sigismundus Pils / Gorlic. Lus.*

\* \* \*

17. **H**ic decet è variis florem decerpere Scriptis:  
Nil carpat flores florida Zitta Tuos.  
*Gottlob Christianus Scultetus, Schæn. Lus.*

\* \* \*

18. **G**ræcia pandit opes, Charis ac sibi plaudit Ebræa:  
Spiritus his lingvis præsto disertus erit.  
*Georgius Schüller / Polkenhayn-Sil.*

\* \* \*

19. **H**ic juvat assiduos, juvat hic simul esse loqvaces:  
Sit quæ Zittanas fama loqvatur opes.  
*Jacobus Christianus Adami, Luccâ-Lus.*

\* \* \*

20. **H**ic rudis excultas quoq; sermo politur ad Aulas:  
O maneat nostrum SAXONIS Aula decus.  
*Christianus Schlotneger / Luccâ-Lusat.*  
Dis

\* \* \*

**D**isputat hic Juvenis, Logicæq; ad prælia pronus,  
Præmia Zittaviæ non dubitanda vovet.  
*Michael Schön / Gelnizio-Hungarus.*

21

\* \* \*

**V**ersibus hic vegetos juvat effudisse lepores:  
Luxuriet semper carmine Zitta novo.  
*Christianus Wehle / Zitt. Lus.*

22

\* \* \*

**H**ei mihi quas horas Doctrina Politica captat!  
Hei mihi quos usus quælibet hora dabit.  
*Christianus Theophilus Michel / Zitt. Lus.*

23

\* \* \*

**E**thica Virtutes Christo conjuncta recenset:  
Undiq; speretur prospera summa boni.  
*Carolus Jacobus Ritterus, Zitt. Lus.*

24

\* \* \*

**D**um vacat Historiis memorem concredere mentem,  
Zitta etiam lætis floreat Historiis.  
*Johannes Jacobus Winzigerus. Zitt. Lus.*

25

\* \* \*

**O**stendit varios dum sæpe Geographus Orbes,  
Nissus hic ingenuo flumine semper eat.  
*Johannes Friedericus Nicolai, Ileb. Misn.*

26

\* \* \*

**D**um Genus & Proavos Magnatum inquirere fas est:  
Patria foecundis luxuriabit Avis.  
*Johannes Ernestus Nergerus, VVittenb. Sax.*

27

\* \* \*

**D**um quæ conditio Regnorum quæve potestas  
Quærimus, exemplum SAXONIS ora legat.  
*Johannes Melchior Funccius, VVittenb. Sax.*

28

\* \* \*

**M**usica dum meliore sono descendit in aures,  
Concordem teneant fata benigna tonum.  
*Christianus Krusche / Zitt. Lus.*

29

\* \* \*

**D**um fundamentum nobis Academia debet,  
Omne fundetur prosperiore salus.  
*Conradus von der Heyde / Siles.*

30

32  
\* \* \*  
**E**Xtera dum passim sibi poscit Patria Zittam,  
Omne decus vario vivat in ore diu.  
*Johannes Christianus Lange / Lips. Misn.*

32  
\* \* \*  
**D**Um quoq; Nobilium crescit non una propago,  
Undiq; Zittanus nobilitetur honos.  
*Christoph. Frieder. Schulze / Francof. March.*

33.  
\* \* \*  
**J**ubila dum nuper fulserunt festa Lycéo,  
Secula nunc motu continuante fluant.  
*Gottlob Jenichen / Cottbusiensis.*

34  
\* \* \*  
**N**On numeramus opes, Schola quas laudata ministrat:  
Vestras quotidiè sed numeretis opes.  
*Johannes Krüger / Lübbenavia-Lus.*

35  
\* \* \*  
**N**Os benefacta diu Vestri capiamus amoris,  
Dum benefacta manus spargere Vestra queat.  
*Johannes Gottlieb Meister / Mühlens. Misn.*

36.  
\* \* \*  
**D**igni eqvidem simus, quos hæc promotio tangat:  
Vos eritis digni, quos pia vota vehant.  
*Christianus Richter / Lucca-Lus.*

37  
\* \* \*  
**H**Æc Schola Vos quondam blandis nutrit in ulnis:  
Fertilis hæc Schola nunc laudibus esse cupit.  
*Johannes Christophorus Gurt / Zitt. Lus.*

38.  
\* \* \*  
**Q**Vam bene sedulitas sub Vestris fervet ocellis:  
Sic Vos latifico lumine Jova beet.  
*Heinrich Rudolph von Bebran / Siles.*

39  
\* \* \*  
**U**Sibus ut Scholicis Vestras conceditis aures:  
Sic DEUS effusas audiat usq; preces.  
*Johannes Christophorus Bergau / Forstâ Lus.*

40.  
\* \* \*  
**V**ultibus ut blandum Studio monstratis amorem:  
Sic etiam facies rideat alma poli.  
*Cælestinus de Greiffenpfeil, Pomer.  
Lin.*

\* \* \*

**L**ingva regit nostros valde opportuna labores:  
Sic celebret Vestrum plurima lingua decus.  
*Georgius Henricus de Birckholz, Lus.*

\* \* \*

**I**nclyta dexteritas prompti fert signa favoris:  
Plurima sic Vestrum dextra coronet opus.  
*Christianus Friedericus Kuntzsch / Lips. Misn.*

\* \* \*

**P**ectore sic forti decet hanc curare salutem:  
Pectora sic flammis percita nostra calent.  
*Johannes Frieder. Hertelt / Jenâ-Thuring.*

\* \* \*

**D**iligite, ô Musas si quisquam diligit istas:  
Sic Vos dilecto nomine Musa feret.  
*Gottlob Edelmann, Marglissa-Lus.*

\* \* \*

**V**incite, quos odiis constat flagrare molestis:  
Deserat ut Vestras fors odiosa domus.  
*Christianus Klumpel / Zitt. Lus.*

\* \* \*

**P**ergite, dum cursu studiorum pergere dulce est:  
Pascere sic pergent Vos benefacta DEI.  
*Gottfried Förster / Margl. Lus.*

\* \* \*

**Q**uot foliis nostros licitum est distingvere Libros:  
Tot quoque fors vigeat multiplicata modis.  
*Heinrich Gottlob Kühn / Zitt. Lus.*

\* \* \*

**M**ulta velut foliis numeratur linea cunctis:  
Præmia multoties sic variata fluant.  
*Friedericus Belger / Læbau. Lus.*

\* \* \*

**C**onficit ut plenum repetita hic litera scriptum:  
Sic repetat fructus quælibet hora suos.  
*Christianus Förster / Marglissa-Lus.*

\* \* \*

**S**criptio quot passim volat in sublimia pennis:  
Tot quoque subsidiis provolet aucta falus.  
*Johannes Zessel / Friedebergâ-Siles.  
Zitta*

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

\* \* \*

57. **Z**Itta quod in Clypeo geminatas continet alas;  
Elevet alatas faustior usq; preces.  
*Theodorus Gottlob Manitius, Rennersdorf-Lus.*

\* \* \*

52. **Z**Itta quod atratas auro circumlinit alas,  
Fructibus & terræ gaudeat atq; poli.  
*Johannes Hübnerus, Zitt. Lus.*

\* \* \*

53. **Z**Itta quod in galea gaudet gestare coronam,  
Usq; suam rutilo flore coronet humum.  
*Ernestus Friedericus de Döring, Misn.*

\* \* \*

54. **Z**Itta quod egregii præfixit signa Leonis,  
Tempora securi tuta Leonis agat.  
*Johannes Emrich / Gorl. Lus.*

\* \* \*

55. **U**T fulgens Aquilam nitido depingit in auro:  
Sic circumspectas contueatur opes.  
*Joh. Frieder. Förster / Marglisa-Lus.*

\* \* \*

56. **L**itera Z duplex, geminatae tessera laudis,  
Nota det augurio conduplicata suo.  
*Joh. Gottfried Kreisel / Ossitiensis Misn.*

\* \* \*

57. **C**andidus ipse color, quem fascia sanguinis ambit,  
Comprobet innocui semper amoris opus.  
*Abraham Herisch / Senftenbergâ Misn.*

\* \* \*

58. **E**Xcita magnificis jam quidem Regibus, addi  
Nunc etiam cernat regia dona sibi.  
*Joh. Christoph. Glanner / Wittenb. Sax.*

\* \* \*

59. **O**lim Cæsaribus vario de nomine grata,  
Cæsareos fines florida sæpe terat.  
*Heinricus Bischoffius, Zitt. Lus.*

\* \* \*

60. **N**unc ELECTORIS pia quam defensio servat,  
Sentiat in Iceptro SAXONIS esse DEUM.  
*Christianus Conradi, Hirschb. Sil.  
Mon-*



\* \* \*

**M**ontibus excelsis cincta est cultissima Zitta:  
Montibus excelsis celsior esto suis.  
*Zacharias Lange / Friedeb. Sil.*

" 61

\* \* \*

**U**ndique Sylvestres observat Zitta recessus,  
Sic teneat sedem tuta silensq; suam.  
*Melchior Günther / Laub. Lus.*

" 62

\* \* \*

**O**quam multiplici de flumine Zitta rigatur:  
Det DEUS, ut refluant porro Salutis aquæ.  
*Johannes Gabriel Mittwoch / Bonsf. Franc.*

" 63

\* \* \*

**P**ingvia felices commendant pascua ripas:  
Nec forte immineat mentibus ulla fames.  
*Leonhardus Senff / Bornensf. Misn.*

" 64

\* \* \*

**M**esibus exultant non deficientibus agri:  
Sic bona fortunæ singula, Zitta, metas.  
*Christianus Ludov. Meyer / Lipsf. Misn.*

" 65

\* \* \*

**P**er tua quam varius pomœria clauditur hortus:  
Mœnibus in mediis pomifer hortus erit.  
*Christianus Schäfer / Laub. Lus.*

" 66

\* \* \*

**Q**vot solet adveniens turres numerare viator!  
Omina turritæ nempe salutis habent.  
*Johann George Töpfer / Grypheb. Sil.*

" 67

\* \* \*

**L**inea candidulum tua spargunt texta nitorem:  
Ergo tuum decorent candida cuncta solum.  
*Nathanael Hermann / Zitt.*

" 68

\* \* \*

**D**um tibi securas contexunt vellera vestes,  
Rebus & inde tuis nulla nocebit hiems.  
*Gottlob Klinger / Zitt.*

" 69

\* \* \*

**Æ**dibus illustres juvat hic spectare plateas,  
Det DEUS illustri stent quoq; fata loco.  
*Johannes Fridericus Meyne / Dresd. Misf.*  
Sex

" 70



\* \* \*

**M**Ores forte notant Germano nomine Sittam :  
O placeas Mundo moribus, atq; DEO.

*Elias Seliger / Zitt.*

\* \* \*

**Q**Vod sita jucundo visa es sub Climate Sitta :  
Talis es, & tali sis sita Sitta loco!

*Johannes Gottfried Buder / Zitt.*

\* \* \*

**Z**ITTHN Græcus habet, voluit cum dicere Picam,  
Hæc etiam discat dicere ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ

*Johannes Sigismundus Lehmann / Sorâ-Lus.*

\* \* \*

**O**Videat saluum felix hæc Zitta SENATUM:  
Sic sub multiplici PATRE Juventa viret.

*Christianus Posseltus, Zitt.*

\* \* \*

**G**Loria prima Fori dum servat Curia laudem,  
Laudati, quos jam Curia nutrit, erunt.

*Albertus von Lanckisch / Zitt.*

\* \* \*

**S**ic in CONSULIBUS lectissima Triga perennet:  
Ne ter conspicuum desinat esse decus.

*Johannes Friedericus Meyer / Zittâ-Lus.*

\* \* \*

**S**ic quoq; PRÆTORUM constans Ternarius extet,  
Ut Themis amplecti possit amica Scholam.

*Johannes Christianus Zentsch / Zitt. Lus.*

\* \* \*

**T**Res etiam quos nunc licitum est spectare SCABINOS,  
Musula Fautores spectet amoena suos.

*Henningus Sigismundus Bolter / Lips. Misn.*

\* \* \*

**E**T tandem omnigenum qui conficit Ordo SENATUM,  
Ordinibus nostris pronus adesse velit.

*Hans Gottlieb aus dem Winkel / Misn.*

\* \* \*

**E**Xemplo PROCERUM tradant sua Pectora Cives,  
Et cupiant Musas fructificare sibi.

*Nicolaus Panecius, Zitt.*

Mul-

81 1, 5

82 1

83 1

84 1

85 1

86 1

87 1

88 1

89 1

90 1

91 **M**ulceat imprimis fors intemerata SCHOLARCHAS,  
Qvos non immerito pagina tota capit.  
*Nicolaus Künzel / Siles.*

92 **H**ARTIGIUS referat vita Studioq; PARENTEM:  
Sicut amat doctos, nos amet usq;, Libros.  
*Matthias Möller / Tornau-Hung.*

93 **I**Nde VIRUM semper Schola cernat nostra BEATUM,  
Gloria quem firmo docta vigore fovet.  
*Daniel Möller / Tornau-Hung.*

94 **H**ENSELIUS magnam parvo sub nomine sortem;  
Gaudeat ostendi, magnaq; cuncta ferat.  
*Andreas Klotzsch / Forstá-Lus.*

95 **C**ONSUL consilio faustam qui sustinet Urbem;  
Auxilio ludum consilioq; juvet.  
*Johannes Henricus Möller / Zitt.*

96 **M**ultus ad externas qui nunc proficiscitur Urbes,  
Non tamen a nostra corte remotus erit.  
*Johannes Philippus Meuer / Zitt.*

97 **Q**uiq; novam Civis cultissimus incolit Urbem,  
Nunc novus ad Scholica hæc septa Patronus eat.  
*Antonius Ernestus Knabe / Zitt.*

98 **D**iligat hinc claram dilecta Silesia Zittam,  
Campus & Elyfias undiq; spargat opes.  
*Conrad Gottlieb von Zedlitz / Sil.*

99 **Q**vod bene susceptum est, multis quod crevit ab annis,  
Huic bonus a coeli Numine finis erit.  
*Christianus Glaußwitz / Zitt.*

